

**Bochus**

electri declinantes, matutinus aspectus iu-  
tundior. Ponticas depræhendit leuitas.  
Quædam in ijs duræ sunt ruffæq; quædam  
molles & sordidæ. Bochus auctor est &  
in Hispania repertas, quo in loco crystallū  
dicit ad libramentum aquæ puteis defos-  
sis inde erutam. Et chrysoliton. 12. pondo  
a se uisam. Fiunt & leucochrysæ, interueni-  
ente candida uena. Sunt in hoc genere cap-  
niæ. Sunt & uitreis similes, ueluti croco  
refulgentes. Vitreæ uero ut uisu discerni nō  
possint. Tactus autem depræhendit tepidi-  
or in uitreis. In eodē genere sunt melichry-  
si, ueluti per aurum sincæro melle translus-  
cente, quas India mittit, q̄q ad iniuriam fra-  
giles. Eadem et Xystion parit plebeiam ibi  
gemma. Cādidarum dux ē pæderos, q̄q  
potest quæri, an in colore numerari debe-  
at, totiens iactari p alienas pulchritudines  
nominis, adeo decoris prærogatiua in uo-  
cabulo facta est. Est & suum genus expecta-  
tione tāta dignū. Coeūt. enim in transluci-  
dā crystallū, uiridis suo modo aer simulq;  
purpura, & quidā uini aureus nitor, sēper  
extremus in uisu, sed purpura coronatus,  
madere singulis uidet his & pariter oibus.  
Nec gēmaræ ulla est ligdior, capitū jucūda,  
suauis et oculis Laudatissima est in Indis, a  
pud quos

**Pæderos,**